



**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

XIII. Gratia qua vacatura comprebenderent, à Germanis reprobatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

18 *De primariis Precibus Imperialibus*  
gatos suos ad idem Basileense Concilium  
missos jussit urgere pro libertate Electio-  
num , & pro suppressione omnium gra-  
tiarum expectativarum ; ac reservationum  
de Beneficiis vacaturis , rationibus etiam  
additis , ut palam fieret quot ex hujus-  
modi gratiis mala , & scandala orirentur ,  
uti videre est apud eundem Goldastum  
tomo 1. pag. 404. cap. 5. 6. & 7. , &  
to. 2. pag. 124. & 125. Patres Concilii  
Basileensis , quod postea in Conciliabu-  
lum degeneravit , translati jam Concilio  
ad Civitatem Ferrariæ ab Eugenio Papa  
IV. Expectativas , provisiones de vacatu-  
ris , & mandata de providendo vacatura  
in §. *Volens* damnarunt , irritasque etiam  
fecerunt similes gratias à Sede Apostoli-  
ca concessas : quod ab iis factum in gra-  
tiam Imperatoris , & Germanorum pa-  
tuit ex iam dictis.

XIII. Itaque si Germania universa ita odio  
Gratiæ, quæ habuit hujuscemodi gratias, adeoque  
vacatura com- fortiter pugnavit pro libertate Electio-  
prehende- num, Precesque Principum, atque vio-  
rent à Ger- lentas comminationes eorum, quibus  
manis repro- tolleretur exoptata libertas, detestata est  
batæ. solemni pacto juramento firmato ab Im-  
peratore, ab Electoribus, universisque  
Germaniæ sacris Ordinibus, & obtinuit  
à Concilio Basileensi has concessiones it-

ritas fieri ; quis unquam arbitrabitur licitum esse Augustissimis Imperatoribus mandata de providendo ad vacatura Beneficia sibi usurpare , immo & jussum super his dare , Electoresque compelle-re minis & pœnis , non dicam Precibus , ad conferendum Beneficium primo vacaturum , & quod Precista elegerit ? Hoc quidem pacto fieret , ut Germani id , quod Præsulibus omnibus , & Summis Romanae Ecclesiæ Antistitibus permisum haud esse proclamarunt , licuisse , & licere putarent laicis Imperatoribus , & Principibus , quorum commendationes , vel molestas Preces in electionibus damnaverunt : quod procul dubio paradoxorum habet imaginem .

Cum vero decretis Conciliabuli Basileensis , postquam illud damnaverat Eugenius Papa IV. , Romana Curia , & Orbis Catholicus non pareret , factum est , Alegatos Cæsareos , & Caroli Francorum Regis ad Concilium Tridentinum missos , iterum atque iterum contra harum gratiarum usum exclamasse , sic instantes : Mandata de providendo , Exper-  
etativa , fiduciaria resignationes , Commen-dæ revocentur , & tanquam sacræ decretis contrarie ab Ecclesia omnino arceantur : quod narrat idem Goldastus tom. III.

XIV.  
In Conci-  
lio Tridenti-  
no extinctæ.

111X  
sup. 2110  
mod. 2110  
Lebenszeit  
1536 & 1545  
1541 1545  
1541 1545  
1541 1545